

ORDENANZAS
REALES
DE CASTILLA.
RECOPILADAS, Y COMPUESTAS
POR EL DOCTOR ALONSO DIAZ
DE MONTALVO.

GLOSADAS

POR EL DOCTOR DIEGO PEREZ CATHEDRATICO DE
Canones, en la muy insigne Universidad de Salamanca.

Y ADICIONADAS POR EL MISMO AUTOR EN LOS
lugares que concuerdan con las Leyes de la Nueva Recopilacion.

TOMO I.



EN MADRID AÑO. 1779.

EN LA IMPRENTA DE JOSEF DOBLADO : Calle de Barrio-Nuevo.

A costa de la Real Compañía de Impresores, y Libreros del Reyno.

TABLA DE LOS TITULOS, QUE SE
contienen en este primer Tomo de las Orde-
nanzas Reales de Castilla.

A	<i>y Villas.</i> Pag. 371. <i>Excepciones, y defensiones.</i> Pag. 571.
<i>Bogados.</i> Pag. 381. <i>Adelantados, y Merinos.</i> Pag. 300. <i>Alcaldes, y Jueces</i> Pag. 340. <i>Alguaziles.</i> Pag. 311. <i>Apelaciones.</i> Pag. 730. <i>Aposentadores.</i> Pag. 395. <i>Asentamientos.</i> Pag. 639. <i>Audiencia, y Chancilleria.</i> Pag. 217.	F <i>Ferias.</i> Pag. 567.
B	G <i>Gallineros.</i> pag. 410. <i>Guarda de los hijos del Rey.</i> Pag. 190. <i>Guarda de las cosas de la santa Madre Iglesia.</i> Pag. 22.
<i>Ballesteros.</i> Pag. 394.	I
C	<i>Juicios, y de la guarda, y jurisdicion Real.</i> Pag. 420.
<i>Chanciller, y del sello.</i> Pag. 270. <i>Captivos.</i> Pag. 176. <i>Cartas, y trasladadas.</i> Pag. 672. <i>Como el Rey debe oyr, y librarse.</i> Pag. 97-gina. 183.	L
<i>Consejo del Rey.</i> Pag. 193. <i>Conservadores.</i> Pag. 151. <i>Corregidores.</i> Pag. 358. <i>Costas.</i> Pag. 749. <i>Contestaciones.</i> Pag. 499.	M <i>Monteros.</i> Pag. 402.
D	N <i>Notarios de las provincias.</i> Pag. 245.
<i>Derechos de los Secretarios.</i> Pag. 284. <i>Diezmos.</i> Pag. 102. <i>Dilaciones.</i> Pag. 362.	O <i>Orden de los juicios, y del juramento de calumnia.</i> Pag. 511.
E	P <i>Patronos.</i> Pag. 124. <i>Perdones.</i> Pag. 166. <i>Perlados, y Clerigos, y de sus libertades</i> Pag. 40.
<i>Emplazamientos, y Demandas.</i> Pagina 471. <i>Estudios generales.</i> Pag. 159. <i>Escribanos de la audiencia.</i> Pag. 256. <i>Escribanos del numero de las Ciudades,</i>	<i>Prescripciones.</i> Pag. 696. <i>Procurador fiscal.</i> Pag. 296.

COMMENTARIA IN

ordinationes regias Castellæ.

In Ordinationes regias,
Proœmium.

*Reges Ca-
stelli et
laudare
sunt.*

Multa nobis Catholici & invictissimi Hispaniarum principes Ferdinandus & Elisabeth sue immortalitatis monumenta, & in posterum sine fine mansura reliquerunt: quibus non immemorit totus orbis eorum gloriam ad celos usque laudibus extollit, totaque Hispanie se tantis Principibus dignam jactat. ;Quis enim obsecro, cuiquam eorum aliquid defuisse, quod deceat absolutissimum principem, dicere tenet? Nemo quidem vel mordacissimi oris. Si enim vel pacis, vel belli temporibus ab eis gesta, vel ad reipub. gubernationem iura sancta, vel Mattei in hostes acerium, clementiam ve eorum & pietatem in supplices dicere velimus: quis unquam ulli reipubl. praefuit, quem quisquam ijs æquiparandum censeat? Qui non immemores imperatoriam majestatem tam legibus oportere esse armatam, quam armis decoratam ad utriusque temporis & bellorum & pacis rectam gubernationem, felicem tempub. & armis & jure foveant. Nam ut raceamus, quantum laborem in pacandis seditionibus, & in removenda perturbatione Hispaniae reipub. jam poenitus labefactans sub indecesso Marte pertulerint utque tantarum rerum speculationem omittamus: ecquis ex cogitare queat horrendum illud, & memorabile Granatense bellum ea cura (quæ ramen ab Ineunte regni sui exordio animis eorum insederat, quo pacto delere possent dedecus illud Hispaniae, totiusque religionis Christianæ ingens opprobrium, ingruentia tamen negotia non sinebant illos de tanti belli magnitudine cogitare) & sollicitudine ab eis gestum, ut nulla unquam quies eorum animos irrepserit, donec expugnata Granata, totam provintiam Christo restituerint, ac tandem catholicæ religionis hostes horrendam pestem à tota Hispania radicitus evulserint, & exterminaverint: quo summam laudem, consummatissimamque perpetuitatis gloriam sibi compararunt. Denique, ut missa isthac faciamus, & ab historicis, quibus ea res curæ est, cetera per quirenda relinquamus: ut sub tantis principibus felix Hispana respub. in totum gu-

bbernationis restitutidinem obtineret, ac tandem post tot bellorum sudores tranquilla quiesceret, jura etiam, & leges religione, & pietate in subditos moti condidere: quarum quam plurimas hinc inde diversis temporibus editas in hoc volumen ordinamenti redigere: juxta quarum tenorem negotia sunt terminanda, & non secundum aliud jus, ut patet ex Taurinis sanctionibus constitutione 2. & absque earum particulari relatione, ut ibidem habetur, non est cuiquam permisum postulare. Quapropter eorum interpretationem, intellectum, & concordiam pro viribus aggredi non dubitavi: & si non me fugiat quæ sit istud interpretandi genus laboriosum: quod forrassis adhuc idem facere tentantes, ab ista ratione submovit. At ego, quia scriptum est Ecclesiast. 17. non oderis opera laboriosa: & ut multorum efflagitationibus parerem: & quia in magnam totius reipub. utilitatem fore censi, tantum opus audebo: quamquam me multis, qui id facere debuerunt, juniorum non ignorarim. Tamen quia studij continuus labor, & ingenium suplent tempus, secundum glos. in c. monachus verbo devotio 77. distinct. & Panor. in c. fi. n. 5. de magist. Barb. in c. quod clericis, n. 28. de for. comp. in multis sunt juniores senibus præferendi, ut etiam latè probat Andr. Traq. in tracta. primogen. in princip. num. 206. versi. sed ut redeamus. Fretus igitur Dei optimi maximi auxilio, qui Moysi invocatus respondit Exad. 4. Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris: tam vastam molem aggressurus, questiones aliquas proœmiales apprimè utiles, ac totius operis intellectui necessarias prælibabo, ne incidam in illud Apostol. 1. da Corintb. 14. »Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquar, barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus.«

*Negotia
secundam
leges or-
dinamen-
ti sunt de
fisienda.*

*opera la-
boriosa
minime
fugienda
sunt à
viris e-
ruditis.*

*ingenium
& coni-
nuus la-
bor equi-
pplent
tempus.*

*Dilectum
apostoli.
1. ad Cor-
in. 14.
nozendo.*

*Regis com-
petit mu-
nas tra-
nsuendi le-
ges.*

*Granata
ente bel-
lum, ac
victoria
eis en-
arratur.*

*Infide-
lium ex-
pulsio à
regno.*

Prima quæstio proœmialis

Ad rem igitur accedendo, sit prima quæstio, Cui sit licitum condere leges: In qua quæstione concludendum, quod

re-

TITULO. I.

De la sancta Fe (a) catholica. (b)

Fidei de
finibus.

SANTA Fe. Quæ est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. *Paul. Ap. ad Hebræ. 11. Fa-*
cit cap. in domo de penitent. distin. 4. glos. in
rub. de summa trinit. Anton. de Butrio in c.
primo. quest. 2. extra de summa trinit. l. 31.
tit. 4. part. 1. Magister sententia. lib. 3. dis-
tinct. 23. cap. 2. Archiepiscopus Florent. 4.
part. tit. 2. cap. 2. §. 1. Alphonsus de Castro
in libr. 7. de heresibus verb. fides. Nec quis-
quam sine ista fide ad veram beatitudinem
peruenire potest, teste Augustin. de trinitate
lib. 13. cap. 20. & Athanas. in symbolo.
Quicunque vult. Hæc est fides catholica,
quam nisi quisque firmiter fideliterque cre-
diderit, salvus esse non poterit. Magister
in 3. sententia distinct. 23. cap. 3. l. 31. tit.
4. part. 1. Paul. ad Hebreos 11. » Sine fide
» impossibile est placere Deo. » De hac fide
» præsens rubrica loquitur, quæ (ut in-
quit Leo) sola genus humanum vivificat:
sola sanctificat. Firmiter igitur tenenda est: (b)
cap. 1. de summa trinitate. Qui autem in ea
fide dubitat, in fidelis est. cap. 1. de hereti.
Qui tex. de eo intelligatur, qui de veritate
fidei aliquid, quod tamen scit esse de fide,
dubitabit: is enim gravissime errat, siquidem
certissima pro incertis habet. Nam eo ipso,
quod scit illud esse de fide, ac dubitat, hereticus
pertinax est. Si tamen quis ignorantia probabili,
vel animi infirmitate dubitaret, non discedens à fide catholica, sed ve-
ritati cognitæ assentiri paratus, cum per-
tinacia careat, hereticus non est. Ita docent
Ioannes Andr. Ancharr. Henricus, Car-
dalinal. Panormita. Ioannes de Anania, & Fe-
linus in dict. cap. 1. Prepositus in cap. nec-
licuit. n. 4. col. 1. distinctione 17. Ioannes
Lupus in allegat. heresis §. 5. Ludovicus
Carre. in tracta. de heretic. num. 8. Occam
lib. 3. dialogorum cap. 10. Gabriele in quarto
sententiarum distinct. 13. questione 2. Sum-
ma RóSELLA, verb. hereticus versi. quero
nunquid dubius. Sylvester verbo, heresis 1.
questione 3. Pertinacula etenim quem hereti-
cum facit: qua cessante, cessat & hereti-
sis. gloss. verbo, pertinaciter in Clementi.
unica de summa trinitate & ibi Guillet. de
monte Laud. col. 2. & 8. Cardinal. quest. 21
n. 6. & in §. igitur n. 1. & in §. porrò ques.
4. n. 5. in dicta Clement. unica glo. in cap.

hec est fides verb. emendari 24. quest. 1. Al-

phons. Castræns. aduers. omnes hereses lib. 1.

cap. 9. Et Augustin. contra Manichæos di-

cit. » Qui in ecclesia Christi morbidum all-

» quid, pravumque quid sapient, si cor-

» recti ut sanum rectumque sapient, resis-

» tunt contumaciter, suumque pestiferum,

» & mortiferum dogma emendare nolunt,

» sed defensare persistunt, hæretici sunt. »

Hactenus Augustin. Si igitur animo persis-

tendi non defendant, hæretici dicendi mil-

nimè sunt. l. 1. infra isto tit. ibi, con ani-

mo pertinaz. Dubitari tamen potest, utrum

exterior fides sit necessaria. Ad quod dicen-

dum quod sic: fides enim exterior ob qua-

tuor necessaria est. Primum, ut Deus ho-

norificetur. Secundum, ut fides defendatur.

Tertium, ut proximus adjicetur. Quar-

tum, ut infidelis convertatur. Archiep. Flo-

rent. 4. part. tit. 8. cap. 3. §. 2. vers. est

autem necessaria talis confessio.

CATHOLICA. Id est, universalis, à catho-

licon, græcè, quod latine universale sonat, ca, id est,

Guilliel. & Joan. vank. in elem. unic. col. 1.

de summa trinit. Unde inferitur intellectus

ad prædictam clement. quatenus dicit, ca-

tholicè & ad cap. fides ibi, in catholicæ di-

dicimus. Verbum enim catholicæ, id est

universaliter, exponendum est, hoc est,

nullo certo loco, nulla regione, aut pa-

tria, nulla gente, natione, aut populo,

nullo denique tempore conclusa, aut cir-

eunscripta, sed generaliter extendens pal-

mites suos in orbem universum, in tempo-

ra quælibet, præterita, præsentia, & fu-

tura secundum scriem successionis nascen-

tium, & descendenter continuata sub

uno duce invisibili Deo in unitate fidei, &

religionis. Unde in Actis Apostolorum cap.

10. » Non est acceptio personarum apud

» Deum: sed in omni gente, & loco qui

» timet Dominum, acceptus est illi. » Tran-

dit Cyprian. in tracta. de simplicitate prala-

ti & Albert. Pigi. lib. 1. bierarchie eccles. c.

1. Quare autem fides nostra catholica dica-

tur, exponit Archiepisc. 4. part. tit. 6. cap.

2. §. 2.

Fides ex-
terior ob
quatuor
rationes
est neces-
saria.

Hæreti-
s sine per-
tinacia
non sit.

TITULO XXIII.

De los Gallineros.

ADDICION.

Este Titulo se contiene en el tit. 16. lib. 6. Recopil.

Ley I. Que ningun Gallinero tome gallinas,
salvo los del Rey, y Reyna, y Principe.

El Rey Don Enrique IV. en Cordova.
Año de lv.

ADDICION.

Esta ley se contiene en la ley 1. tit. 16. lib. 6. Recopil. por la qual se confirma, y allí se prohíbe que los tales Gallineros, no tomen gallinas de los Monasterios, ni de sus lugares. Y véase la ley 6. tit. 16. lib. 6. Recopil. adonde se prohíbe, que los Gallineros tomen gallinas, salvo de que sea para el Rey. Y véase la i. ley 7. tit. 16. lib. 6. Recopil. dónde se manda porque preciosas han de dar las gallinas a los Cazadores del Rey. Y véase también la 1. tit. 16. lib. 6. Recopil. donde se prohíbe tener Gallineros en las Audiencias.

tur, que servitatis inducit speciem. *c. omnis anima. de censibus.* Quare cum odiosa sit, erit & restringenda pro una vice. Tum etiam quia fit in servitium Regis, cum fiat ob ejus jucundum adventum. *ut in l. 2. tit. 1. lib. 1. supra.*

TITULUS XXIII.

DE GALLINARIIS.

LEX PRIMA.

(3) **GALLINAS, NI OTRAS AVES.** Nota, quod nomine animalium, non veniunt Gallinae, anseres, seu fasiani, secundum Guille. de Cugney, & Florian. in l. bac actio. in fin. ff. si quadru. paup. fecis. dic. & Galli. in l. de quibus. ff. de legib. Bertachli. in suo indice. verb. *Gallus Gallinaceus.* vers. Tertiò appellatio ne tamen avium veniant. text. sing. in l. avibus. ff. de legat. 3. Et sic possunt volatilia etiam venire ex vi rationis, quae est, ut Curiales possent uti pro suo victu pretio moderato in victualibus tam avium, quam alterius cuiuslibet rei. l. 9. ibi, ni carne muerta, ni viva. tit. 7. lib. 5. infra. De natura Gallinarum vide Aristotel. lib. 6. de historia animalium. cap. 1. quo loco inter cetera inquit, *n* Gallina enim toto anno, prae-

Defendemos que persona ni personas algunas de qualquier estado, & condicion, preeminencia, & dignidad que sean, no tomen, ni manden tomar gallinas (a) ni otras aves algunas en las Ciudades, & Villas, y Lugares de nuestros Reynos, salvo los nuevos que se establezcan, y manden mandar porque preciosas han de dar las gallinas a los Cazadores del Rey. Y véase tambien la 1. tit. 16. lib. 6. Recopil. donde se prohíbe tener Gallineros en las Audiencias.

terquam duobus mensibus, patit. Magna etiam generosarum nonnullis fecunditas, quando vel sexaginta edunt ante incubitum: quamquam ipsæ mirus fecundæ, quam ignobiles sunt. Item Hadriane parvo quidem sunt corpore, sed quotidie pariunt: ferociunt tamen, & pullos saepe intertrahunt. Color his varius. Nonnullæ etiam è cortalibus bis die pariunt. Nam aliquæ instantium copia provenient, ut efficiant brevi morerentur. Sed Gallinæ, ut dictum est, perpetuò pariantur. Hactenus Aristotel. Nostandum ulterius est, Gallinarum, & anserum non esse feram naturam. *l. naturalem.* §. *Gallinarum.* ff. de acquir. rer. domini. §. *Gallinarum.* Insti. de rer. divisi. l. 24. tit. 28. parti. 3. Ex quibus appetet Gallinarum, & anserum non esse feram naturam, licet aliquæ Gallinæ, & anseres feræ sint. Quare Gallinæ, atque anseres manent dominorum, in quocunque loco fuerint, & qui illa animalia detinet animo luctandi, committit furtum. Quo casu in re minima committitur furtum. *c. fin. 14. q. fin. gl. in e. de appellationib. verb. minimis. de appellationib.*

Quæsi tam posset, quæ sit causa, quare pro re minima duorum aurorum, non detur actio de dolo. *l. si oleum.* ff. de dolo. & tamen pro una Gallina, vel etiam re minoris valoris datur actio furti? Respon-